Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9191
Copyright: Melk, Benediktinerstift



tuam deus. psallam tibi in cytharа sanct
ie israel. Et exultabunt labia mea cum canta
uero tibi: et anima mea quam redemisti.
Sed et lingua mea tota die meditabitur
iusticiam tuam: cum confusi et reuerita
fuerint qui querunt mala michi. Ps.
Deus iudicium tuum regi da: et
iusticiam tuam filio regis.
Iudicare ppl'm tuum in iusticia
et pauperes tuos in iudicio. Suscipiant
montes pacem ppl'o: et colles iusticiam.
Iudicabit pauperes populi et saluos fa
ciet filios pauperum et humiliabit calup
niatorem. Et pmanebit cum sole et
ante lunam: in generatione et generatione.
Descendet sicut pluuia in uellus: et sicut
stillicidia stillancia sup terram. Orietur
in diebus eius iusticia et abundancia pacis
donec auferatur luna. Et dominabit